

Christoph Redecker Hartwich Grävenitz von

Disputatio Iuridica De Venatione Eiusq[ue] Iuribus

[Rostochii]: Praelo Wepplingiano, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74121847X>

Druck Freier  Zugang




ca
Jagd und Jagdrecht

R II zur 1685

Christoph Redeker, Pr

Hartwich v. Sraevenitz, Ref.



I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO JURIDICA
De
VENATIONE
EJUSq; JURIBUS,

quam
Divinâ aspirante gratiâ

Ex
AUTORITATE

Magnifici JCrorum Ordinis,

In

Celeberrima Univerſ. Rostoch.

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO;
CONSULTISSIMO ATq; EXCELLENTISSIMO

DN. CHRISTOPHORO
REDEKERO,

J. U. D. Antecessore hujus Academia Gravissimo
& P. P. Celeberrimo

DN. PRÆCEPTORE, HOSPITE, & FAVTORE SVO
sumôpere Colendo,

Placiâ Eruditorum disquisitioni Submittet


JOHANNES de GRÆVENIZ,
Eqves MECLENB.

A. & R.

IN AUDITORIO MAJORI AD DIEM 10. JANUARIUM

AN. MDCC LXXXV. horis Conſuetis.

ILLUSTRISSIMO, CELSISSIMO^q
PRINCIPI ac DOMINO,

DOMINO 
FRIDERICO,
DUCI Meclenburgico,
PRINCIPI Vandalorum, Sveri-
ni ac Raceburgi, Comiti Sve-
rinensi, Terrarum Rostochii &
Stargardiæ Dynastæ

Principi ac Domino suo longè Clementissimo.

Serenissime PRINCEPS!
Clementissime
DOMINE!

Quæ de venatione, ejusq; juribus ingenii
exercendi gratiâ conscripsi, ea, ut illu-
strissimo C. V. nomini nuncuparim va-
riæ me & prægnantes causæ compule-
runt. Ex quibus illa quidem, quæ & exteros ad vene-
rationē tantæ virtutis allicere possunt, non comme-
moro. Illa verò, quæ me meosq; tangunt, hoc loco
præterire non debeo. Magna & singularis erga pa-
rentem meum V.C. existit Clementia. Illustris est
gratia, quâ seriò complectitur, ornatur & fovetur. De-
rivari quoq; hujus gratiæ & clementissimæ voluntatis
jam dudum in me rivuli. Per duos enim ferè integros
annos in aula C. V. degi, quæ ad victum & amictum
pertinent uberrimè accepi. Et quod maximum est
Præceptore me esse destitutum noluit non Condignè
laudata Clementia, V^{ra} igitur Celsitudini primitiâs

studiorum meorum, ut gratissimæ memoriæ testes,
submissâ animi devotione consecratos esse volui, Ac-
cipe igitur *ILLUSTRISSIME PRINCEPS!* Serenissimâ fron-
te oblatum quale qualecunqve sit. Et non oblatis quan-
tatem, quam humillimi offerentis voluntatem Cle-
menter perpende. Quibus ut aliquid addam non ha-
beo; Habeo tamen votum ex imo pectoris fundo de-
promptum; Servat Deus T. O. M. V^{rm} *CELSITUDINEM*,
ac cum novô annô novas felicitates æternûm largia-
tur, Perennet omnia prospera, & illustrem familiam
Meclenburgicam illustriorem reddat, Vivat *PRINCEPS*
Celsissimus, Vivat *CONJUX* illustrissima, Vivant deniq;
FILII SERENISSIMI PRINCIPIS, unica subditorum vota &
gaudia! floreat sine macula domus Meclenburgica.
Hisce votis pondus inesse jubeat Clementissimus Deus,
ejus divinæ protectioni V. C. me meaq; verò V^{ra} illu-
strissimæ gratiæ per quam humillimè commendo.

D. ROSTOCHII, quarto iduum Januarij
AN, M. DC. LXXXV.

Sereniss. Celsitudi. Vestr.

Devotissimus ac Subjunctissimus
Servus

69150708706 de GRAVENIZ.



I. N. D. N. J. A.

PRÆFATIO

Modus acquirendi rerum domi-
nia esse varios docet §. II. *Instit. de R. D.* 1.
antiquissimum tamen omnium esse 2.
occupationem contendit *Arnoldus*
Rhatus in Diss. de jure venand. Hanc 3.
DD. Communiter distinguunt in vio-
lentam, & non violentam; quam in-
ventionem, illam occupationem in Specie sic dictam,
& hæc vel hominum uti in bello, vel ferarum, quam 4.
venationem appellare gestiunt *DN. Redeker in Exam. s.*
9. 2. De hac, illis omissis, laudatissimâ, honestissimâ
ac viris illustribus dignissimâ venandi juris Materiâ *Gen. s.*
Levitic. 17. Francisc. Patrie. senens. de Regno & Regis insti-
tutione lib. 3. tit. 6. Arist. lib. 1. polit. Cap. 5. Disputationem
conscribendi ac eruditissimorum Virorum examini sub- 5.
jiciendi est mihi animus. Optimè noverim à nonnul-
lis tanquam inhonesta & illicita haberi, moti forte an
per *Cap. 9. & 10. dist. 86.* Ubi Augustinus allegatus ita lo-
quitur: *Qui venatoribus donant quare donant? Dicunt mihi*
quare donant venatori? hoc in illo amant in quo nequissimus
est. Hoc in illo pascunt, Hoc in illo vestiunt: ipsam nequitiam
publicam. Et in *Cap. 9. ejusd. tit. qui venatoribus donant* 6.
non homini donant; sed arti nequissime. Verum quis non
facile

- facile perentit Divum Augustinum in *dd. CC.* de arē-
naria ac illicita loqui venatione, quam nec ego, nec ul-
7. lus honestus approbabit: Mihi verò, quicquid quoque
8. oblaterant nonnulli, venationem licitam & in se ho-
nestam esse, cum *Cic. lib. 1. offic. Platone lib. 7. de LL. in fi-
ne.* certo certius persuasum habeo. Cum ex iudicio
Concilii Aurelianensis simpliciter vocatur voluptas *C. 1. ext. de cleric. venat.* Cujus exercitio magni terræ Monarchæ
9. atque Principes oppidò delectantur; Non quidem illam
præprimis ob causam, ut rei suæ familiari prospiciant, sed
potius ut animus fortior & corpus robustius efficiatur.
Redekerus in Programmate defuncti Genf. Dn. Huldersen.
10. Adsis igitur, O Sanctissime Deus! Conatibus meis, Tuque
benevole lector! studiis dicatis faveas rogo,

Caput I.

De

Derivatione, definitione ac divi- sione venationis,

1.



2.

3.

Enationis Vocabulum variè
deducitur, alii à vento *Varro*
lib. 4. de ling. latin. quia venat-
tor in vento & ad ventum fe-
ras Consequitur; vel etiam ab
eventu (ut alii contendunt)
quia sæpius venatur, sed non
semper prædam consequuntur.
Verùm hanc derivatio-
nem stoicam & planè falsam,
quæ post Cicronem Cujacium valde titillat. *lib. 11. obs. 37.*
appro-

approbare non possum; Approbo autem illam, quam 4.
suppeditat; *Bulenger in tract. de venat. Circ. cap. 8. & Pontan. in Progymn. p. 2. Coll. 77. Arum. Disc. acad. de jur. publ. XIX n. 1.* venationem à venis terræ deduci, quia venatores Canum sagacitate terræ venas rimentur, & feras è subterraneis specubus aliquoties excitent.

Ut Canis occultos agitat cum belgicus apros;

Erroresq; terræ solers per devia mersa

nare legit -- *fil. Ital. lib. 103.*

Venator premit obfesso Cum Maurus in antro
invadunt rapidi (scil. Canes) *idem ibid.*

Venatio, generaliter quando sumitur, dividi- 5.
tur in propriam & in impropiam, hæc est I. vel PRÆ- 6.
DATORIA seu hominum oppressio, qua homo homini
contra fas l. 3. ff. de J. & J. insidiatur, & tam jure natura-
li quam jure Canonico *Cap. non est S. his itaque 6. dist. Me-
noch. de A. J. Q. lib. 2. Cent. 5. cas. 414. Mohr. de jur. venand. 7.*
p. 1. Cap. 1. n. 4. prohibetur. Imo si hæc silerent jura, at-
tamen præceptum extaret illud divinum: Proximum
diligito tuum, ut temet ipsum. Talis venator fuit Lamechus 8.
Nec non Nimrodus, qui propterea robustus coram Domi-
no dicitur venator seu hominum oppressor. *Genes. 10. vers. 9.*
9. Intulisse enim vicinis adhuc ignorantibus bellum, ac
homines subegisse, primaque Monarchiæ assyriacæ funda-
menta posuisse, testantur *Diodor. rer. antiq. lib. 3. cap. 1. 10*
Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 1. II. ADULATORIA.
Hæc fit verbis blandulis & deceptricibus, quam propte-
rea cum nefas subsit voci, & venatores istiusmodi Crete-
sum & Oxydracarum fraudibus utantur *Contz. lib. 9. C. 2 11.*
polit. Meritò illam seu foedam pessimæ adulationis spe-
ciem è Christianorum Republica, præprimis à Principum
aulis, deportatam esse vovemus. Hæc enim perniciofa 12.
rarò deest Magnis: Regum perpetuum vocatur Malum

- Cart. cap. 5. lib. 8. quorum opes sapius hæc evertit quam*
13. hostis. Quippe vel tribuit illa Principi, de quibus sibi gratulari nequaquam potest, vel quoque quæ miseratione digna laudibus petulanter evehit: Symbolum ejus est,
14. semper in adulationem compositum esse, semper decipere, veritatem pesus cane & angue fugere. III. A-
15. RENARIA, quando homines, qui arenarii seu harenarii *l. 21. §. 2. ff. de test. vel bestiarum dicebantur Coras. lib. 4. Miscell. cap. 24. n. 9. in harenam i. e. aream amphitheatri desabulatam & arenâ stratam Lippius de Amphitheatro c. 3. in pr. de pugnandi causa ad bestias intromittebantur l. 1. §. 1. ff. de Ædilit. Edict.* Hic venandi modus de jure Canonico planè pro illicito ac in honesto habetur, adeò ut etiam spectatores mortaliter & magna in Deum proximumque peccent, *p. text. supra quoque adductos qui sunt in Cap. qui Venatorib. & ibid. notat. glos. & glos. in cap. 1. de cler. venat. in verb. volupt.* Tantæque fuit crudelitatis
17. spectaculum, ut Matronam his interesse nefas putarint Romani, *Autore Rosin. Antiquit. Roman. lib. 5. c. 24.* Imo
18. vir propriam jugalem posset, si vellet, quando circensibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis ipsis locis, in quibus hæc ad solent celebrari, se prohibente, gauderet, repudiare *l. 8. §. 3. C. de Repud.* Cæterum jus civile venationem hanc arenariam distinguit IN LICITAM, quando non lucri sed virtutis gratia arenam ingressi, nec
20. in ipsa arena passi sint se honorari, & in ILLICITAM quando operas ad bestiariam locant venationem; vel in ipsa Amphitheatri area honores admittunt; Hi notantur infamiâ, illi vero non tenebantur *l. 1. §. 6. ff. de postul.*
21. Ubi tamen non prætereunda hujus thesicos limitatio, nimirum si forte aut talis bestia reperiretur extra arenam,
22. quæ regioni damnum seu malum aliquod inferret, eum qui

qui enim ad hanc interficiendam suas locat operas mini-
 mē notari, sed potius mereri laudem *d. l. 1. §. Sed si quis.*
 IV.: DENIQUE CALLIDA FERARUM ILLA QVEA- 23.
 TIO, quæ propriè venatio dicitur, Germanicè *Die Jagt.* 24.
 unde quoque jus venandi scil. quod de venando & circa
 venandum competit, ortum. *Die Jagt / die Jagts-*
Gerechtigkeit / die Wildtbau. Omissis igitur reliquis 25.
 speciebus, de hac quartâ, quæ est ferarum, dicam. Hæc 26.
 describitur quod sit *jus animalia in Cælo, in terris Sin-*
marinata Sin libertate naturali videntia persequendi, inve-
stigandi & occupandi, & pro triplici diverso objecto di- 27.
stinguitur in jus aucupii, jus piscandi, & jus venandi in
specie sic dictum Struvius Syntagm. jur. Civil. Exerc. 41. th.
10. 11. 12. 13. &c. Non de duobus prioribus Specialiter 28.
 differere mihi animus. Nil enim dicam de jure aucupii, 29.
 quod non simpliciter amplius concessum, pristini tamen
 ejus juris reliquæ aliquæ relictæ sunt, *uti pluribus testatur*
Struvius all. loco. Nil quoque dicam de jure piscandi, 30.
 quod cuilibet jure gentium quoque competiit; Moder-
 no autem jure in pluribus fluminibus nemini, nisi iis,
 quibus id permissum specialiter, pisces capere sine furto
 licet *Struvius d. l.* Nil separatim de illis dicam quia ju- 31.
 raferè eadem sunt, differentias tamen horum jurium,
 cum brevis esse cupiam, legas apud *Wesemb. in parat. ff.*
de A. R. D. n. 7. Definitio igitur venationis ferarum 32.
 terrestrium hæc nostra sit *Venatio est jus persequendi, in-*
vestigandi & occupandi feras terrestres in naturali liber-
tate viventes. Sc ip. Gentil. in Diss. de jure venand. Jus
 hic facultatem denotat. quæ hodie Principi Competit 33.
 primariò, secundariò scil. ex Concessione, præscriptio-
 ne viris illustribus & aliis. *Persequendi & occupandi, sunt* 34.
 qui persequendi vocabulum in ipsa definitione omittunt,

B

sed

- sed perperam, nam is, qui venatur, non statim, nec semper occupat, sed persequitur animalia, & multa præterea venire possunt, ut ea non capiat; licet verè venari dicatur
35. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D. §. illud instit. de R. D. Quod Germani nostri proverbio tritissimo *Es ist wohl alle Tage Jagge-Tag / aber nicht immer Fange-Tag* probant. Præterea quoque quia animal globulo tormentario tactum, vel ense, vel venabulo vulneratum adhuc vulnerantis non est, recte tertii, qui coeperit, eam fieri l. naturalem l. §. illud de A. ff. R. D. Si modo vulnerans eam non persequitur, quamdiu enim eam insectatur eripi ei haud potest d. §. illud instit. de R. D. d. l. §. naturalem §. illud ff. de A. R. D. Feras ad differentiam latrocinii, quæ persecutio est & oppressio hominum, de qua superius ea, qua potui brevitate, egi. *In libertate degentes seu viventes*, ad differentiam Persicæ venationis, De Persis enim testatur *Fesch. in disputat. de re venat.* quod feras vivariis habuerint inclusas, quas pro lubitu deinde venati sunt. Idem testatur *Curtius* in historia Alexandri Magni de Scytharum gente Cujus provinciâ Bazarica dicitur. lib. 8. cap. 1. num. 11.
43. Nec non de Indis ibidem cap. 9. n. 28. Dividitur
44. ratione objecti in superiorem atque inferiorem *Fesch. in Disputat. de re venat.* Venatio superior dicitur, quâ feras majores capere licet, vulgo *hoch / grob / roht und schwarz Wildtbret* / Inferior autem, quâ feras tantum minores vulgo *Hasen / Rehe / Füchse &c.* Videatur *Besoldus* in *Tbesauro practico* sub voce *jagen*. Ratione modi fit vel cum canibus, vel sine Canibus, aliàs etiam dicitur venatio saltuosa & Clamorosa, quæ vero fit sine Canibus, fit sæpissimè Sclopetis, decipulis, item cum laquearibus quando Sylvæ cinguntur vulgo *der Hagen vorbinden /* & si qui sint alii, de quibus loquitur *text. C. 1. §. nemo retia de pace tenend. in usib. feudor l. qui foveas ff. ad legem Aqvi.*

Aquiliam. Sed de his in capite tertio pluribus agam; Pro- 47
pero igitur ad originem hujus juris.

Caput II.

De

Origine juris venandi.

Omnēs omnino homines habent jus venandi de ju- 1.
re Gentium & naturali, Deus enim *Genes. 1. v. 28* ex 2.
pressis verbis dicit: Dominamini piscibus Maris & vola-
tilibus Cæli & universis animantibus quæ moventur su-
per terram & d. *Cap. 9. v. 2.* terror vester ac tremor sit su-
pra Cuncta animalia terræ & super omnes volucres Cœ-
li, cum universis quæ moventur super terram: Om-
nes pisces Maris Manui vestræ subdidi, & omne, quod se
mouet & vivit, erit vobis in cibum. Olera virentia tra-
didi vobis omnia, quod quoque jure Gentium omnibus 3.
promiscuè venari licuerit docet §. 12. *Instit. de R. D.* Fa- 4.
ctum autem post tempora Justiniani ut Principes, Terra- 5.
rumque Domini Venationem interdicerent suis subditis;
Quod, num jure potuerint? in dubium vocatum. 6.
Fuerunt enim multi Egregiæ Eruditionis viri, quorum Cata-
logum videbis apud *Fachineum lib. 1. controvers. Juris cap. 1.*
qui id Principibus per *cap. 1. Genesios* & 9. *ejusdem libri l.*
1. ff. de A. R. D. l. 3. ff. eod. l. 13. §. ult. ff. de Injur. planè de-
negant. Ego tamen, hisce non obstantibus, affirma- 7.
tivam, cum multis non obscuri nominis viris; ut *Didaco*
Covarruvia in relictione c. peccatum d. R. J. par. 2. §. 8.
Fachineo all. loc. Henone Disp. 4. quæst. ill. th. 5. Vvesenbecio
in para titul. ff. de A. R. D. n. 7. Pruckman de Reualib. §. ve-
natio n. 16. & aliis ab hisce allegatis defendam, Si mo- 8.
do ju-

B 2

do ju-

6. dō justas Principēs habent causas, has enim semper habere præsumuntur *Cyn. l. rescript. 17. ibique Baldus n. 10. C. de precib. Imper. offerend. nec aliquid facit quod ex Gail. 2. observat. 58. & aliis pro negativa sententia adducere gestunt.*
11. Principes non præsumi justam habere causam, si contra jus naturale, vel jus gentium disponant *i. all. 14.* Loquitur enim Gailius & alii quatenus contra jus Gentium, ut est apud omnes gentes in viridi observantia & primum juris præceptum respicit, disponunt Principes.
12. Sed circa venationem, quæ juris permissivi est, & propter ea Mutationi subjecta, justam causam habere meritò præsumendum; Non enim, quæ responsio, *Didaci Covarruvias all. 1. teste Fachineo all. 1. feræ volucres & cœtera animalia jure naturæ sunt communia positivè & affirmativè, quia omnium propria sint, sed negativè, quia nullius sunt, & jure naturali nulli sint applicata secundum Divum Thomam 1. 2. quæst. 94. art. 5. idcirco lex humana potest uni potius quam alteri ex causa concedere, ex quibus infertur, venationem jure naturali omnibus permissam Ex variis causis posse per Principes prohiberi*
14. *huc usq. Covarruvias.* Causas vero, quæ Principes moverunt, sequentes esse mihi videntur. (1) Reipublicæ inter est pacem, nomine non solum dulcem, sed re jucundam salutarem quæ Cic. Phil. 2. habere in republica, quæ verò perquam facillimè frangeretur, si cuilibet venari ubivis liceret. Hinc *Frider. 1. Constitutio quæ est lib. 2. feud. tit. 27. cap. si 5. vers. nemo, de pace tenenda, venationis prohibitionem sub hoc titulo quoque retulit, & quid si hodiè orientur maximæ lites ex venatione cum sit prohibita & paucis modo concessa, quid fieret si omnibus liceret?*
15. (2) Quia venatio armis, quorum usus, insciò Principe, prohibitus est, præprimis ignobilibus seu rusticis *l. un. C. ut arm. r. usus. in scio*

scio *Prin. ipe Rolanda. Valle Consil. 3. lib. 2. Fachin. controvers.*
lib. 10. c. 7. peragi solet. III. Ne privati ab artificijs & a- 18
gricultura, quam aliarum artium parentem & nutricem 19
nominare solent, quæ bene habente cætera valeant, ne-
glectâ verò terra marique jaceant *Gerbrad. Exerc. 3. quest.*
4. *Franzk Exerc. 4. q. 2.* abducerentur, quo respicit con-
stit. quam allegavit *Arum: de jure publ. discurs. 19. th. 50. Lu-*
dovici Ducis Wittenberg de Anno 1588. ibi. Sobaldt sie sich
des Wildibret schießens ergeben / Wereloff und Faul-
letzner / Schwälger / Berderber Weib und Kinder wer-
den. Quò etiam intendit *Philippus Hispaniarum Rex, qui* 20
Anno 1575. Antverpiæ Speciali Mandato præcepit, ut
ignobiles ab omni venationis exercitio se abstinerent,
Cunradus ab Einsedel de Regalibus Cap. 3. num. 358. IV. 21.
Ne omnia animalia ad internecionem usque devastaren-
tur, nam facile devastari potest tota spes, si omnes impu-
nè possent animalibus insidias struere. Nec V. Inter 22
evidentissimas persvadendi rationes minima est abusus,
id est usus rei alius quam in quem venatio comparata *Cal-*
vinus in lexic. jurid. sub voce abuti. Comparata autem ve- 23
natio ut serviat necessitati (victui scilicet & amictui) & vale-
tudini, quæ dico sanè vulgus non semper observaret, sed
procul dubio se ita venationibus dederet ut nihil quam
venari ageret. Plures rationes, veluti jus superioritatis, 24
quo Principes gaudent, tacitus subditorum Consensus 25
dum prohibitioni à Principe factæ acquiescunt; Recrea-
tio, quæ Principi omnigenâ Reipublicæ curâ presso non 26
deneganda; Investitura & alias si quis scire cupit con-
sulat. *Fachineum Controvers. Juris lib. 1. cap. 1. Wesembec.* 27
ad tit. de A.R. D. num. 7. in Med. Hanonium Diss. 4. quest.
Illustr. thes. 5. Arumæum Diss. Instit. 4. thes. 9. Harprectum
ad S. feræ n. 96. Schnobelium Disputat. 20. thes. 6, Brevita-
tem

28. tem dum enim amo illas attingere potius, quam uberius
 29. pertractare volui. Sed hic omittere merito non debeo
 30. num jus venandi inter regalia referendum? Certum
 quidem est quod onus ad hanc quaestionem respon-
 dendi meis quoque humeris, uti de suis testatur *Rosen-*
thal. de feudis cap. 5. Concl. 94. impar est, tantus enim E-
 ruditissimorum Virorum circa hanc quaestionem est
 dissensus, ita ut, quod *Vulteius de feud. cap. 5 n-7. vers. an*
etiam jus venandi, Decius Consilio 179. n. 3. & alii quos vi-
de apud Pruckmannum de venatione cap. 5. n. 8. probant,
 idem illud *Heigius p. 1. q. 15. Rosenthal. all. loc.* negant, ut vix
 31. tuto in castra horum vel illorum discedere possim. Ve-
 reor enim ne dum illis assentiar horum reprehensionem,
 32. vel vice versa, merear. Si tamen dicam quod sentio,
 (statuant alii pro illustribus ingeniorum suorum dotibus
 quicquid velint) puto jus venandi hodie recte inter rega-
 33. lia locum invenire posse. Confiteor equidem jure natu-
 rali omnes homines feras persequi & occupare potuisse.
 34. §. 12. & seqq. *Instit. de R. D.* Nec Regi solum competiisse,
 Verum postea quam Principes illud jus per prohibitiones,
 exclusis ceteris subditis patientibus & acquiescentibus, ad
 se transtulerunt non juris amplius naturalis; sed regii esse
 35. coepit *Rosenthal. d. l.* idem de venatione gallica testa-
 tur *F. de Launajdens son traité du droit de chasse.* Nec
 36. me movere debet venationem non reperiri in enarra-
 37. tione Regalium quae continetur in *cap. unico 2. feud. 57.*
quae sunt regalia. Multa enim juxta *Cujacium ad h. t. &*
 38. *Hermannum vultejum de feud. lib. 1. c. 5. n. 7.* dantur re-
 39. galia, quae in dicto titulo non recensentur, & quid si
 non dantur alia, quam quae hic habentur? Ex ipsius tamen
 textus argumento meam stabilire sententiam non dubi-
 tarem, cum piscationum sit mentio, à quibus non ab-
 turde

furdè argumentatur ad venationem *arg. l. 9. §. 5. ff. de usufruct. Pruckman. de Regalibus §. venatio.* Hæc si non
sufficeret, ipse quotidianus usus ad versariorum castra ex- 40
pugnare posset: Passim enim venationes non nisi ex Con- 41
cessione Principali vel Regali æstimantur; *vid. Carpz. all.*
Consilio. Ne hoc novum. Videtur enim multa ante se- 42
cula Deum concessisse specialiter Regibus & Principibus
populorum in feras Dominium. De Nabuchodonosor 43
re Assyriorum Rege testatur *Jeremias cap. 7. v. 6.* Deum
manui, id est potestati Nabuchodonosoris feras bestias
subjectile & c. 28. v. 14. bestias agri dedi ei scilicet Regi, ut 44
serviant ei quod uberius proponit Deus per Danielem cap. 45
2. *vers. 38.* Sed quid multis rem de moderno statu no- 46
stræ Germaniæ luce clariorem disputem? Ipsa experien- 47
tia, rerum quæ optima Magistra, meam corroborat
sententiam, constitutiones, quas vide si placet, in Cor-
pore juris venatorio forestali à Fritschio collectas, ean-
dem confirmant, rationibus stabiliunt & magnorum
Jctorum autoritate suffulcitur *Carpzovius alleg. Consilio*
Schnob. Disputat. 20. thes. 7. Modestini. Pistor. p. 1. q. 15. Petr.
Heigius p. 1. q. 15. Rosenthal, de feudis all. l. Sed cum jam 48
probaverim venationem Principum Nobiliumque jure
quasi proprio factam esse; Merito de Clericis instituen- 49
da quæstio, numne & illi pro lubitu venari possint? 50
Quod ipsis jus Canonicum minimè permittere videtur
per. t. t. x. de Cleric. venat. ne bona pauperum in vena-
tores & instrumenta profundantur, *Arum discurs. Acade-*
mico de jure publ. 19. n. 95. per cap. Cum Apostolus 6. ext. de 51
Cens. & propterea nec canes nec accipitres, aut alia id ge-
nus animalia ad venandum prompta alacriaque habere
& alere debent C. 1. ext. de cler. vel monachi c. 1. ext. de cler.
venat. Ne quoque venando divinus negligatur Cultus 52.

ZOAN-

- §3. Zoanettus tract. de venat. n. 27. Arumæus a. i. Cæterum cum
 §4 Clericorum nomine Episcopi quoque veniant l. 16. C. de
 Episcop. & Cleric. Pacius ad eundem tit. n. 5. Ho-
 rum autem status in Germania biceps id est duplicem per-
 §5. sonam, unam qua Episcopi, alteram, qua Principes im-
 perii repræsentant Gæstel. de stat. publ. Europ. noviss. c. 15.
 n. 1. Valde igitur erraret, si quis ipsis, ut Principibus vena-
 tionem regalium, quibus gaudent, speciem denegaret;
 §6. Nec absolutè quoque interdicens venatio Clericis si
 modo eam rarè & recreationis causa instituunt, aut si
 §7 Clericorum reditus ex venatione constent videantur
 §8. text. ab Arumæo dicto loco all. vel si fame premerentur, vel
 si necessitate compellerentur, puta si feræ segetes depa-
 §9. rentur hoc eis fas erit Pruckman. de venat. C. 4. n. 86. & 87.
 Circa personas jus venandi habentes dum versor non,
 §10 prætereunda sane ardua quæstio num transilientes pro-
 hibitionem possint pœnâ corporali affici. Sunt qui
 §11 illud, nescio qua lege, quavè ratione, statuunt teste Heigio
 §12 p. 1. q. 15. Inter quos veteres scabini Lipsienses fuere, vo-
 lentes ut furtum ferarum suspendio puniretur, Verum
 §13 hac in re malo Heigium sequi all. loc. & monita Sebastiani
 Medices, quæ habet in tract. de jure venand. q. 52. 7. Ver-
 ba ejus sunt: Cavendum sit ne pœne acerbe statuantur;
 quia illud non æstimatur ut latrocinium, perinde ac dum-
 domus ac bursa compellantur, unde crudele est, pœna corpora-
 li plecti ingredientes loca vetita sed satis est si duplum vel
 simplum perderent & plagas instrumentaque amitterent,
 Quod si in his cresceret contumacia, possent relegari in in-
 fulam, seu in certum locum alterum, si verò isto in casu ad-
 esset contemptus superioris, tunc non ratione venationis pro-
 hibite sed contemptus posset pœna corporali puniri promo-
 do

do *Contemptus*. *hucusque*. Ex hiscè patet poenam 64
ultimi supplicii non esse adæquatam suo delicto, nec
vitam humanam cum vitâ ferarum comparandam. De- 65
us omnium rerum creator & arbiter voluit ut homo do-
minium haberet in omnia animalia, quod dominium
quidem, uti superius demonstratum, ad se justis ex cau- 66
sis Principes traxerunt; Interim tamen ut homo animal
illud rationale pro irrationali, dominio antea suo sub-
jecto, periret nefas mihi videtur.

Cap. III.

De

Instrumentis

A St missâ hâc quæstione ad instrumenta, per quæ 1.
jus venationis exercetur, properandum. Hæc sunt 2.
vel animata, vel inanimata; Illa rursus dividi pos- 3.
sunt in rationalia & irrationalia. Ad irrationalia com- 4.
muniter DD. referunt homines, qui ratione officio-
rum & ordinis dividuntur in Venatores summos die
Ober-Jägermeisters / Ut in Imperio nostro Germa- 5.
nico est Dux Wittenbergicus, quod ex ipsius insigniis,
cornu venatorio & cervino exornatis colligere est. *Arum.*
Disc. Acad. de jure publ. XLX. n. 158. qui allegavit Danielem
Otto in jure publ. c. 14. Freber. lib. 1. orig. c. 15. Venatores
inferiores die Jägermeister. Jäger-Juncker / Leit-Knecht /
Jagt-Pagen / Jäger / Windmeister / Büschmeister / & 6.
denique etiam Custodes canum Germanicè die Hunde
Jungen / quibus Legis latores, tanquam utilibus com-
meatui & annonæ, a gravioribus muneribus vacationem
concesserunt l. ult. ff. de jure immunitatis Pruckm. d tractat:
c. 4. n. 6. *Arum. d. Disput. Tb. 16.* Ad irrationalia, seu ra- 7.
tionis

C

- 8.** tionis expertia equos, canes, accipitres, & noctuas. Canes
 rursus dividuntur in *Canes Venaticos Jagt-Hund/* de quibus
 vid. *Ovid. in Haluent. & Canes celeres seu leporium Ma-*
9. *gnum:* eundem esse existunt nonnulli, quem ex coitu leo-
 pardi cum caneprogenitum, & hoc persuasum erat antiquis
10 *Fesch. de jure venand. in not. th. IX. nostri vocant etiam Wind-*
spiel. Legitur etiam veltraus in *addit. 1. LL. Burgund.*
11. *tit. 10. ibi Si quis canem veltraum aut Segutiam aut pe-*
trunculum praesumpserit involare, jubemus ut convictus co-
ram omni populo posteriora ipsius, honos sit auribus, oscu-
letur: aut quinque solidos illi, cujus canem involavit, cogatur
exsolvere. Coturnicos, quos nostri *Wachtel oder Hühner-*
12. *Hunde* appellant, dicuntur coturnici, quod illorum ope
13. coturnices & perdices maximè decipiuntur. *Canes robus-*
14 *tos Rügen/ Schweinfänger/* Denique etiam *Canes aquati-*
cos qui à nostris *Wasser-Hunde/ Biberhunde* dicuntur,
 quorum alii lutros, castores & anates sylvestres venan-
 tur; alii si quid in aquam inciderit, aut dejectum fuerit,
15. reportant, hiqve canes plerumqve sint villosi *Sebiz.*
16. *Feldbau lib. 13. cap. 24.* circa canes hæc notanda jura quod
 pecudum numero quidem non contineantur, non gres-
 gatim enim pascuntur, interim tamen bestiis seu feris
 non annumerantur, uti probat *Cajus in l. 2. §. 2. ff. ad L. A-*
17 *quil.* Hinc quoque furtum committit qui canem alte-
18. rius abstulerit *arg. l. 1. §. 3. de furt.* Qui vero canem coe-
 dit seu interficit aut vulneravit ille *per cap. 3. L. Aquilia*
tenetur §. 13. Instit. ad L. Aquil. cujus capitis verba referun-
19. *tur ab Ulpiano in l. 27. §. 5. ff. eodem.* *Jure saxonico* quid
 obtineat videatur *Carpzovius p. 4. concl. 37. defen. 8. art.*
20 *s. lib. 3. Landrecht.* aut cadens tenebitur poena extraor-
21. dinariâ *Matth. Colerus p. 1. decis 181. n. 2. & 3.* Notandum
 tamen, si ravioris canis damnum dederit censetur castu-
 ale

ale; non culpā datum, nam a prudentibus prævideri non potuit l. 2. §. si eo tempore ff. de administratione ad Civ. pertin. casus fortuitus dicitur l. 52. §. 3. ff. pro socio. Bocer. ad Leg. 23. ff. de R. J. De accipitribus & noctuibus hic nihil dicam, quia non ad ipsam venationem, sed potius ad aucupium spectant. Inanimata instrumenta sunt, retia, clava, sagitta, bombardæ, venabulum, jaculum, fovea, decipula Germanicè ein Suchseisen / & deniq; etiā pedica Selbgeschöß &c.

Cap. IV.

De

Reliquis Venationis Causis

CAUSA materialis seu objectum circa quod versatur venatio sunt feræ bestię in naturali sua libertate degentes, & distinguuntur in tria genera, vel enim in Cœlo, vel in terris, vel in aquis nascuntur *pr. insit. de J. N. G. & C. i. e.* vel sunt volucres, vel feræ terrestres, vel aquatiles. de alatilibus & aquatilibus non adeo sum sollicitus; constitui enim, ut supra dictum, solum agere de venatione in specie sic dicta, quatenus aucupio & venationi opponitur. Objectum igitur huius mei propositi sunt feræ terrestres seu in terris viventes. Hæ sunt quæ naturali libertati relicta, adeoque in specie dicuntur bestię *l. 1. §. 6. ff. de postuland. gloss. in cap. 6. de feris best.* Licet non negare possim quod & sub generali significatione bestiarum & volucres & pisces veniant *Ulpian. in l. 44. ff. de A. & R. D.* Distinguuntur autem terrestres illæ bestię iterum in nocivas & non nocivas. Et quidem circa illas notandum, quod venatio illarum propter publicam utilitatem univērsis sit concessa *C. 1. §. nemo retia, de pace tenenda;* Quod tamen in nonnullis Germaniæ partibus de

C 2

apris

10. *Apris, qvi alias inter nocivas reputantur, affirmare non possum, ubi, teste sapius allegato Georg Mohr parte 1. c. 2. n. 69. Die wilden Schweine nach Deutschen Gebräuche in die Hochfürstliche Obrigkeit gezogen werden.* Circa has autem, qvatenus illis non nocens natura est, licet ferina sit, duo consideranda veniunt. Aut enim habent naturam planè FERINAM aut CICURATAM, & hanc VEL
 11. ARTEvel ACCIDENTALITER. Singula ut paucis considerem haud abs re esse duco, & qvidem qvoad illas pertinet qvæ NATURAM habent planè adhuc FERINAM, capientis cujuslibet sunt, juxta regulam juris, qvoad nullius est, & ita affectum, ut alicujus esse possit, id naturali ratione occupanti conceditur §. 12. *inst. de R. D.* videatur *Vinnius ad all. §.* Nec interest num semper fuerit in naturali libertate, aut jam semel occupata & rursus reversa ad libertatem: Hæc enim est natura istorum animalium ut capta non exuant feritatem, sed tales maneant, eaqve non diutius sint occupantis, qvam dum sunt occupata & adhuc ejus custodia coercentur *Bachovius ad §. 9. Inst. de R. D.*
 12. neqvè aliquid inter est, num in proprio num in alieno fundo capiantur, qvocunq; enim feræ loco sunt, dummodo
 13. sint in libertate naturali, nullius sunt *Vinn. all. loco.* Neq; sunt pars fundi, qvia interdictum quod vi aut clam, eorum nomine non datur *l. fin. §. 3. ff. q. Vi aut clam.* Sed quid si
 14. domino prohibente ingressus sit aliquis fundum. Et tamen manere feram occupantis puto. Cum occupatio sit acqvirendi modus, nec prohibitio ulla naturam occupationis immutare potest, tum qvia prohibitio non est modus acqvirendi, igitur fera capta quoq; non potest prohibentis fieri; sed illius, qui usus est modo acqvirendi *Bachov. ad d. §. 9. Inst. de R. D.* & distinguendi hic sunt duo actus diversi, ingressio scil. fundi, & venatio, illa, quæ si
 15. fit,

fit, dum prohibita, parit actionem injuriarum *arg. l. 13. §. fin. l.*
23. ff. de injur. Hæc vero extra poenam est *Habn. ad We-*
senb. ad tit. ff. de A. R. D. Neuenhan de venat. Tb. 152. Lu-
go de just. § 7. Disp. 6. sect. 6. n. 54. Bach. all. loc Hinc Prin- 20
 cipes & Domini terrarum in venatores propter prohibitionem à se 21.
 factam merito animadvertunt & quidem vel CIVILITER, vel CRI-
 MINALITER id est vel poenâ pecuniaria, vel extra ordinem poena
 arbitraria §. 7. §. 10. *Instit. de injur.* Hanc tamen ad mortem extendere
 nimis durum mihi videtur uti supra ostensum, plura de hac quæstione 22.
 qui capit legat *Georg. Frantzkii Exerc. 4. q. 3. Mohr de jur. venand.*
p. 1. cap. 4. Hic prætereundum non esse censeo ipsam vulnerationem, 23.
 quæ ex sententiâ Trebatii, si spes capturæ accedit, ipsa captura
 putatur; ab illa tamen sententiâ justinianus noster Imperator glorio- 24.
 sissimus Cajum suum secutus abiit, & eventum capturamve potius
 spectandam constituit, §. 13. *instit. de R. D. l. §. 1. ff. de A. R. D.*
 Praxin autem ad opinionem Trebatii rediisse testatur *Redekerus Dn*
Præsidis prætrius desideratissimus in Exam. all. q. 41. per jus Saxo-
nicam lib. 2. Landrecht artic. 61. per Gl. ad l. §. 1. ff. de R. D. Wehner 25
præf. obs. sub voce Forstrecht. INDUSTRIA, hominum vel ACCI-
 DENTALITER cicurata feræ in dominio esse illius qui illas custo- 26
 dit, & alit, & eo dum manere in dominio usque animum rever-
 tendi habent; Desinunt autem cum consuetudinem revertendi ul- 27
 trò, aliter si ab alio defentæ, amittunt, l. 8. §. 1. ff. de famil. ercisc.
 §. 15. *inst. de R. D.* Videntur autem animum amisisse cum ad horas 28.
 & dies consvetas redire desinunt, post quæ captæ accipientium fiunt,
 Sunt qui volunt quod sufficiat si bis redire desirant, *Mohr de jure*
venandi p. 1. cap. 1. n. 26 Bachovius putat si tertio die emanent ad 29
 §. all. puto autem numerum emanationis judicis arbitrio esse relin- 30
 quendum *Redeker in all. examine q. 43.* Antequam jam ad for- 31.
 nam progrediar unicum quod circa materiam Doctores notare so-
 lent attingendum; notum ex titulo de Rerum divisione quod feræ rei 32.
 nomine veniant, & quod res distinguantur in mobiles & immobi-
 les, quibus jam feræ annumerandæ quæstio est? Veriorem esse il- 33.
 lam Doctorum opinionem qui mobilibus illas adscribunt, puto, Res
 enim immobiles, integra sua substantia moveri non possunt de

- loco; Mobiles vero sint quæ non solum tangi; sed & de loco in locum moveri possunt & sese moventes, id est motum in se habentes
35. continent *Gothofr. ad l. 1. ff. de adil. Edict.* quæ vero si mobilibus opponuntur, ut in *d. l. 1. de adil. Ed. l. 15. C. de SS. Eccl. l. 6. C. de Spons. l. 30. C. de J. D. Et. res expedita est.* FORMA varia est pro varietate venatorum, ferarum & locorum. Venatores quippe vel tacite vel cum cornu, & clamore vel pedites vel equites feras persequuntur vel cominus gladio, hastâ, venabulo, vel eminus bombardâ, sclopeta, sagitta, jaculo *Wesemb. ad tit. de A. R. D. n. 7. ferè in suo. Fesch. in Disp. all. Th. 14.* ubi ad longam seriem enarrat diversos diversarum terrarum respectu modos venationis v. gr. cervos tribus modis, retibus, carbaseis velis, aut pernibus ad id dispositis equis vulgo dicuntur *Jorsjacht* quam (etsi valde periculosam,) Jacobus I. Magnæ Britanniæ Rex præ cæteris laudavit in *basil. dor. lib. 3.* Venandos dicit. Loci quoque diversi modos diversos capturæ requirunt, alius enim ritus venandi est in Gallia, *Francisc. de Launay en Traité du Droit. de Chasse* alius in Germania, alius in Svecia, & aliis Septentrionalibus regionibus. *Olaus Magnus in Breviar. Histor. Septemer. lib. 18.* Alius in locis planis, alius in montanis, alius in campis apertis, alius in silvis observandus *Fesch. all. loc. Cæterum* quocumque modo instituitur. Venatores tamen (1) videntur ant ut absque cujusquam privato incommodo & detrimento fiat *arg. l. 6. C. de metall. Et metall. Sprocur. lib. 11.* sic quoque *Ulpianus in l. 2. §. 10. ff. ne quid in loc. publ. Quotiesque aliquid in publico fieri permittitur ita oportet permitti ut sine injuria cujusquam fiat.* Si igitur persequendo feras vel canibus vel equis messibus atque segetibus pauperum subditorum damnum inferunt, æquum est ut illatum planè resarciant ac restituant, ne teste *Cajetano in tract. 17. quest. 13. quem allegavit Mohr. p. 1. cap. 4. n. 20.* Cum divite Evangelico perire velint. II. Ne ad devastationem specierum instituantur, venatores curent *Chassan in Consuet. Burgund Rubr. 13. §. 2. Wesembec. ad tit. de A. R. D. n. 17. Tiraguel, in tr. 2. de Nobilitate cap. 37. n. 189.* Contrarium id enim esset voluntati divinæ Nam feræ creatæ sunt ut posteris quoque utiles esse possint, quod fieri non posset, si ad interuersionem usque de-
- popu-

popularetur ferarum genus *Pruckman in explicatione § venatio*
cap. 4. n. 23. III. Ne nimio venandi studio dediti negotia ne-
 gligenter gerant publica arg. 1.6. C. de *Excusat. Muner. lib. 10.* 41
 quod & improbat *Cyriacus Spangenberg. Theologus in seinem*
Bericht / wie fern das Jagen Recht oder Unrecht sey. U-
 bi ex *Dione Cassio* producit *Antonium Caracallam Imperatorem*
 qui venationibus magis quam publicis negotiis deditus. Hic mul-
 tos *Antonios* reliquit de quibus *Lutherus ad Cap. 10. Genes* questus
 dicens; Malunt strenui venatores quam sapientes Gubernatores
 æstimari FINIS est varius principalis tamen ACQUISITIO
 DOMINII, uti patet ex §. 11. & seqq. de R. D. Cum enim fera 42.
 nullius sint, dum de naturali libertate sibi gratulantur, & non-
 aliter à singulis acquiri possint quam per venationem, Venatio ad
 consequendum Dominium meritò instituta est, & USUS FE- 43.
 RARUM qui quidem varius, duplex tamen præprimis notandus ad
 lautiozem victum scilicet & commodiorem vestitum *Wesemb. all.*
l. Arum. Disc. acad. de jur. publ. XIX. n. 159. minimè ad merca-
 turam, hæc enim Principibus & nobilioribus probro sunt & vitu-
 perio d. c. 1. *Commun. l. 6. C. d. dignitat. Bocerus de Regal. c. 2.*
n. 52. Arum. all. l. num; seq. Et videtur Deum hunc finem omni-
 bus præscripsisse *Gen. 10. v. 3.* Ubi dicit quicquid se movet & vivit
 vester cibus sit, uti viridem herbam vobis omnia dedi, secundari- 44
 us est valetudinis exercitatio & confirmatio *Henric. Rantzov. de*
conserv. valetud. cap. 9. & honesta animi relaxatio *Wesemb. all. l.*
Xenophon. in lib. de Venatione æquum enim est Prin. ipes & nobi-
 les monitum Poëtæ observent. Interpone tuis aliquando gaudia 45.
 curis. Ne indetessis negotiis vires corporis debilent; acumen in-
 genii hebetent & maximo cum uorum damno mortem citius ju- 46
 sto procurent. Corpus item ad bellicos usus exercet & habiles red-
 dit; Unde *Arumæus in discursu Academico de jure publico XIX.*
n. 156. eam cum *Johanne a Gochier. lib. 5. thesaur. pol. c. 20.* vocat
Palestram, ludicram & umbratilem militiam, quâ quis in certami-
 ne promptior & in conspectu cordatior efficitur. Effectus est quod 47
 capta fiant capientium &c. de quibus supra locutus sum.

Cap.


Cap. V.

De

Acquisitione & Amissione venationis.

- H**Oc loco ut pauca adderem de acquisitione hujus juris haud abs-
1. Hre erit. Et quidem Princeps id jure proprio habent; Re-
2. liqui vero I. CONCESSIONE seu privilegio Principum, quæ vel
3. TACITA vel EXPRESSA; ILLA si Princeps alicui territorium cum
omnibus pertinentiis concessit *Pruckman. ad d. S. venatio c. 4. n. 71.*
non tamen si generaliter concessum *Mehr. d. ir. p. 1. c. 2.* Item si
usus fructus largitus *l. 26. ff. de usur. Althus. in dicæol. lib. 1. c. 4. n. 14.*
Nisi omnes fundi redditus ex venatione consent *l. 9. S. 1. l. 62. pr. ff.*
4. *de usufr.* EXPRESSA est vel SPONTANEA vel COACTA; ILLA
5. fit *Cumulativè per investituram surd. Conf. 210. Rosenbal. de feudis*
6. *c. 5. concl. 10. n. 6. Menochius lib. 2. presump. 18. n. 4. Mysing. 6. obs.*
7. *99. sextin. de Regal. c. 5. n. 58. Abdicativè per contractum Arum.*
8. *d. l. th. 107. item si per privilegium in modum Contractus impetra-*
9. *tur Klock. Conf. 3. adject. ej. tract. de contribut. q. 4. sextin. d. l. n. 61.*
10. Hæc si in judicio aliquo divisorio uniprædium, alteri venatio præ-
11. dio cohærens adjudicatur, arg *l. 10. S. sed etiam ff. fam. hercise-*
12. *l. 6. S. 1. ff. de usufr.* sententia enim tertur in invitum *l. 83. S. 1. ff. d.*
13. *V. O. II. PRÆSCRIPTIONE* immemoriali id est centum an-
14. norum *Sebast. Medic. d. ir. q. 1. p. 2. Mysing. cent. 5. obs. 29. n. 12.*
Bocer. de Regal. lib. C. 4. n. 45. R. J. de Anno. 1548. 6. und soll unser S.
Ivem auch ein ausgezogner. III. SUCCESSIONE si scil. defunctus
illo jure usus sit. Tantum de modis acquirendi. Modi vero amittendi
sunt, vel VOLUNTARII vel COACTI, ILLI sunt RENUNCIA-
TIO arg *l. 29. c. de pactis.* CESSIO de qua supra egi. Hi vel in-
commessione vel omissione consistunt. COMMITTENDO amittitur
I. ABUS I *Zoanett. de dup. venat. apr. II. FRACTIONE* pacis pu-
blicæ *OC p. 2. tit. 9. S. so bald auch Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 1.*
n. 13. FELONIA *Sixin de Regal. lib. 1. c. 6.* OMITTENDO si per
decennium, cum potuerit, non hoc jure usus fuerit. Plura si cu-
pis consulas autores allegatos. Brevitas plura
addere prohibet.

SIT IGITUR LAUS ET GLORIA DEO



popularetur ferarum genus. *Pruckman*
cap. 4. n. 23. III. Ne nimio venant
 gligenter gerant publica arg. 1.6. C. de
 quod & improbat *Cyriacus Spangenberg*
Bericht / wie fern das Jagden
 bi ex *Dione Cassio* producit *Antonium*
 qui venationibus magis quam publicis
 tos *Antonios* reliquit de quibus *Zuheru*
 dicens; Malunt strenui venatores qu
 aestimari FINIS est varius principat
 DOMINI, uti patet *ex §. 11. §. 1099.*
 nullius sint, dum de naturali libertate
 aliter à singulis acquiri possint quam po
 consequendum Dominium merito in
 RARUM qui quidem varius, duplex tan
 lautiozem victum scilicet & commodi
l. Arum. Disc. acad. de jur. publ XIX
 turam, hæc enim Principibus & nobili
 perio d. c. 1. *Commun. l. 6. C. d. digni*
n. 52. Arum. all. l. num; seq. Et videtu
 bus præscripsisse *Gen. 10. v. 3.* Ubi dicit
 vester cibus sit, uti viridem herbam ve
 us est valetudinis exercitatio & confirm
conserv. valetud. cap. 9. & honesta ani
Xenophon. in lib. de Venatione æquum e
 les monitum Poëtæ observent. Interp
 curis. Ne indefessis negotiis vires corp
 genii hebetent & maximo cum suorum
 sto procurent. Corpus item ad bellicos u
 dit; Unde *Arumæus in discursu Acade*
n. 156. eam cum *Johanne a Gochier. lib.*
Palestram, ludicram & umbratilem mili
 ne promtior & in conflictu cordatior effi
 cæpta fiant capientium &c. de quibus sup

one §. venatio
 ti negotia ne
uner. lib. 10. 41
 us in seinem
 rechi sey. U
 Imperatorem
 s. Hic mul
 Genes qvestus
 Gubernatores
 VISITIO
 m enim feræ 42.
 r, & non
 Venatio ad
 USUS FE- 43.
 notandus ad
Wesenb. all.
 è ad merca
 sunt & vitu
e Regal. c. 2.
 finem omni
 ovet & vivit
 i, secundari
rantzov. de 44
esemb. all. l.
 pes & nobi
 ndo gaudia 45.
 acumen in
 m citius ju
 habiles red
 46
 ublico XIX.
 c. 20. vocat
 in certami
 us est quod
 47

Cap.

